



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Inter coniuges vnde veneficia existant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

paritura, disceditur. Quin ut partum antecedere, comitari, & sublequi pericula sciamus; postquam in lucem prodijt infans, sæpe in matre plectitur, privatione exsiccationeque lactis. Nam & homines, & jumenta hoc damno afficiunt. Biebrana Laudunensis saga solis minis vbera vicinæ mulieris sic exsiccavit, ut ad obitum usque sagæ, quamvis multos peperit, lacte semper caruerit. Aliæ herbis, verbis, vel solo attactu lacte priuant homines & jumenta. Sprengeri verba sunt: *Quadam, ait, nocturnis temporibus & sacratoriæ, ut q, ex inductione diaboli, ob offensam divinæ maiestatis maiorem, in quocumq, angulo domus suæ se collocant, & circum inter crura habentes, & dum cultrum, vel aliquod instrumentum in parietem, vel columnam insigunt, & manus ad mulgendum apponunt, tunc suum diabolum, qui semper eis ad omnia cooperatur, invocant, & quod de tali vacca, ex tali domo, qua senior, & qua magis lacte abundat, mulgere affectat, proponit, tunc subito diabolus ex mamellis illius vacca lac recipit, & ad locum, ubi malefica residet, & quasi de illo instrumento suat, reponit. Sic multa damna opere vno inferuntur. Fit furum, vexatur dominus; fœtus spoliatur alimento, affliguntur parentes;*

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Quin inter ipsos coniuges vel odia, vel ipurij amores faciunt, ut sele mutuo coniugij inutiles reddant, atque ita prætextum habeant diuertendi. *Nōrunt mecum, inquit Martinus Delrio, multi, Comitæ filium, qui ante annos ferme nonemdecim, Luxenburgæ in urinalacerulas satis magnas eiciebat, quod etsi plerique uxoris eius adultera (quam & occidi per sicarium ille postea iussit) veneficio tribuerent, potuit tamen naturaliter contingere, ex humorum corruptione, & renum vitio. Mulier illa Caluina secta erat addicta, & Ministro familiarior quam oportebat, idcirco nec a moribus, nec ab instituto aliena fuit vulgi suspicio.*

Quis ob hæc talia veneficos non damnet, veneficia non execretur? Omnino & artes pariter, & artifices sunt execrandi. Et tamen si vsquam est locus inter sacrum & saxum standi, hic est: quia & offendere magos, est crabrones irritare. *Honestæ quædam persona, ait Sprengerus, & vni ex familiaribus archiducis matri*

monio copulata, in presentia Notarij & c. secundam formam iuris deposuit,

Virgil. Eclog. 3.

VI.

Mart. Delri. lib. 3. disq. Magic. p. 1. q. 14. lect. 6.

VII.

Sprengerus part. 2. malic. q. 1. cap. 12.